

et pauli inpignorasse, tali adiecta condicione, quod si dictus octonarius per me tempore prenotato resolutus fuerit. mihi meisque heredibus cedat. si autem resolutus non fuerit extunc predictus octonarius. dicto domino lincopensi cedat perpetuo possidendus, Ceterum recognosco. dictum dominum lincopensem vnum dimidium octonarium in ekeby prius a me habuisse titulo empacionis, vnde quia ad presens sigillum proprium non habui. sigillum predicti domini lincopensis, vna cum sigillis discretorum virorum. videlicet. Domini beronis canonici. Domini thorkilli prepositi de normaløso, Domini petri de fornumsum, Domini øhini curati de husby, haraldi laurensson presentibus peto apponi. Datum normaløso anno domini M° CCC° IIII°, sexta die natuitatis dominj.

Sigillen N:o 1 och 6 bortfallna; 2 och 3 skadade; 4 och 5 fullständiga, andeliga.

1452.

1305 d. 5 Jan.

Leckö.

THOLVÆ PETERSSONS testamentariska anordning till kloster, kyrkor och prester, samt serskildt för sin grafplats i Gudhem kloster, för hvilka utbetalningar pantsättes gården Ång i Eds socken, samt till hans skulders betalning en fastighet i Ransberg och en qvarn i Tjärnakil.

A. 3.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego THOLUO PÆTÆRS-
SON. sanus mente et corpore, de bonis temporalibus mihi a deo concessis
anime mee cupiens salubriter prouidere. anno domini. M°CCC°V°. in vigilia
epiphanie. domini. constitutus in presencia venerabilis patris, domini mei
brýniulphi dei gracia scarensis episcopi, presentibus discretis viris, Domino
benedicto alguzson, Magistro benedicto et domino martino canonicis scaris,
ac heredibus meis, haraldo brýniulfson genero meo et johanne filio meo
presentibus et consencientibus, testamentum meum lego et ordino in hunc
modum. videlicet claustro in guðem vbi sepulturam eligo, do et lego qua-
traginta marchas monete visualis. pro quibus XL. marcis medietatem pre-
diorum meorum in æng in eðzsokn, obligo persoluendis. Item do et lego
ecclesie beate virginis scaris ad fabricam, viginti marchas. fratribus predi-
catoribus scaris tres marchas. minoribus ibidem tres marchas. predictoribus
loðosie tres marchas. Item cuiilibet ecclesie scaris vnam marcham. Item ec-
clesie in frøial, predia valencia decem marchas monete currentis. sacerdoti
ibidem, marcham. Item sacerdoti et ecclesie in kiðem marcham. Item sa-
cerdoti et ecclesie in flo, marcham. Item sacerdoti et ecclesie in østæna.
marcham. Item sacerdoti in eðe et ecclesie marcham. Item sacerdoti et ec-
clesie in salæbý marcham. Item sacerdoti in markom et ecclesie marcam.

Item sacerdoti et ecclesie in sørby marcham. pro quibus omnibus soluendis, oblico aliam medietatem prediorum meorum in æng in parokia eðe, predictorum. Pro debitis vero meis integraliter persoluendis, oblico coloniam meam in ransbiærg, et molendinum in tiærnækil, cum fundo prope idem molendinum sito, qui importat quolibet anno tria talenta butiri ratione pensionis. hoc expresso, quod heredes mei predicta bona omnia, tam in æng, quam in ransbiarg, et tiærnækil, a die obitus mei, resoluere teneantur si velint, infra annum. quod si non fecerint, Domini, sigualdus canonicus scarensis, et laurencius de thýnguallum, plenariam potestatem habeant dicta bona vendendi, et de precio testamentum integraliter persoluendi, quia ipsos exequatores constituo testamenti. siquid vero soluto testamento de precio residuum fuerit, ipsum residuum heredibus meis recommittant. In premissorum igitur testimonium et euidenciam pleniorem, sigilla predictorum, domini scarensis, domini benedicti alguz son, magistri benedicti, domini martini, domine margarete vxoris mee, et haraldi brýniulfsson generi mei, vna cum meo proprio, presentibus sunt appensa. Datum et actum lækkiu. anno et die superdictis.

På frånsidan: Super ængh in edz sockn testamentum domini tholuonis.

Sigillen N:o 1, 6 hela, N:o 2, 4, 5, 7 sönderfallna, N:o 3 borta.

1453.

1305 d. 6 Jan.

Konung BIRGERS Intyg, att Konungen icke genom köp af del i Skällviks gård har eller tillégnar sig någon rätt över den delen af öarne Jursö, Askö, Yxnö och Mar, som Biskopen i Linköping äger, derigenom att de vid nämnde gårds försäljning undantogos.

B. 3. 55: v.

BIRGHERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter Nos partem quam possidet venerabilis pater dominus episcopus lincensis. in insulis infrascriptis videlicet jursø. askø. yxnø et mar. cum curia dicta skyaldawiik. quam cum suis attinenciis de eodem domino episcopo emimus minime habuisse Vnde nec proprietatem in hiis nobis aliquam vendicamus eo quod exempte fuerunt ecclesie insule in empacione curie memorate In cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum anno domini Millesimo CCC.V. in die epiphanie dominij.